



A D

C L. D N. M.

RESPONDENTEM,

Filium Magni Parentis ad magna
Natum jamq̄ve instructum,



Nobile oppidò est argumentum,
in quod incidisti, Amice ho-
norande, Tuaq̄ve persona stu-
diisq̄ve non indignum. Utili
enim non minus quàm jucun-
da gaudet mixtura Philosophiæ
ac Theologiæ, quibus Te,
ipſius DEI providentiâ Optimiq̄ve Parentis ſvasio-
ne, consecraſti totum. Parum ab eſt, quin idem de
me dicere non erubeſcam. Noſti enim, me in dua-
bus cathedris, alterâ Philoſophicâ, alterâ Theolo-
gicâ, auctoritate publicâ docere, quid? de hac ipſa
quæſtione, quam hic pertractaſti, cum Theologo
apud Francofurtenses ad Viadrum, Viro Doctiſſi-
mo famigeratiſſimoq̄ve, ſuperiori anno publicis
chartis concertaſſe, illamq̄ve litem nondum fini-
tam eſſe. Sed tranſeant hæc, cum ad Te non ſpe-
ctent, mihiq̄ve, DEO juvante, id, quicquid eſt,
negotii per otium, ſuo loco ac tempore, conficien-
dum

A 2

dum